Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ipsius uerbi que eum accepit. Accepit autem librum.
quando ea que de se erant predicta opere compleuit.
Et cum aperuisset librum. quatuor animalia. et
uiginti quatuor seniores ceciderunt coram agno.
Agnus librum aperuit. quando ea que multo ante
de ipso fuerant pnuntiata opere impleuit. Vnde
omnes sci cognoscentes illum uoraciter dm suum. de quo
tanta mysteria sunt predicta. cadunt. id est humi
lia de se sentiunt. et ipsum imitantur. Vnde et sequitur.
Habentes singuli cytharas et fialas aureas plenas
odoramentorum. que sunt orationes sanctorum. In
cithara enim lignum. et chorde. sed tamen diuerso
modo tense. Per lignum q̃ debemus intelligere crucem
xpi. p chordas ipsa carnem sorum. Tenduntur chorde
in ligno. quia sci imitantur xpi crucem et passionem
iuxta illud petri apli. Xpc passus est p uobis. relin
quens nobis exemplum. ut sequamur uestigia eius.
Sed tamen diuerso modo tenduntur. quia n omnes equa
liter patiuntur. dum alius crucifigitur. alius decollatur.
alius ustulatur. atq; alius lapidatur. et cetera huiusmodi
discrete sustinent tormenta. Vnum tamen omnes
sonum reddunt. quia una fide omnes confitentur. Et
sicut xpc mortuus est p illos. ita et ipsi moriuntur
p ipso. Per phialas autem caritatis illorum latitudinem
debemus intelligere. Vnde bene aromatib; plene
fuisse referuntur. Odoramenta quippe mundas sig
nificant orationes. Vnde psalmista. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Congrue
itaq; post citharas phialae ponuntur. quia pri dns